

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De contritione proxima Sacramenti pœnitentiæ materia. 7

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

voluntate commisso te accusare non potes. Dixi, post Baptismum: quia pro peccatis ante Baptismum non Poenitentia, sed Baptismus est institutus. Etenim Poenitentia, ( ut inquit Trident. sess. 14. cap. 2. ) administratur per modum iudicij, quod necessariò in subditos, & circa criminis, quæ durante subiectione commissa sunt, exerceri debet, ac Proinde veritati non potest circa criminis ante Baptismum. Quod si dicas, aliquando contingere recipienti Baptismum non remitti peccatum originale, neque actuale, quia debita dispositione gratia recipienda caruit: postmodum vero contritione, vel sacramenti Poenitentiae iufceptione iustificari. Ergo Poenitentia peccata ante Baptismum commissa remittit. Respondeo, illam remissionem esse per accidens, quatenus ad infusionem gratiae virtute Poenitentiae communicatae omnia peccata remittuntur: sed non per se, siquidem ea peccata ante Baptismum commissa Poenitentiae iudicio subici non possunt. Addo, peccata ante Baptismum commissa virtute Baptismi male suscepit, sublatu obice, remitti: Baptismus namque carui effectu ob iniquam sufficiens dispositionem, qua per sacramentum Poenitentiae sublata, Baptismus in acceptatione diuina persistens effectum gratiae communicat, & peccata ante Baptismum commissa remittit.

2. Sed, quid de peccato, quod indebet suscipiendo Baptismum committitur? Respondere, materia esse Poenitentia: quia etio non sit Baptismi posterior tempore: est tamen posterius natura quatenus suscepito Baptismate impedimentum praefata gratiae conferenda, & verumque est, tale peccatum à fideli, & baptizato commissum esse liquidum ex tempore, quo quis est baptizatus, illud committit. Ergo est peccatum clauibus Ecclesie subiectum. Deinde, quia ad predicti peccati remissio nem aliud sacramentum est per se institutum: at hoc sacramentum esse non potest Baptismus: quia Baptismus non videtur posse delere peccatum, quod in ipso tempore committitur. Restat ergo, ut sit Poenitentia. Ergo sacramenti Poenitentiae materia est. Atque sustinet cum D. Thom. 3. part. qu. 69. artic. 10. Henr. de Bap. m. cap. 27. n. 2. Suar. disp. 28. sed. 4. concl. 4. Valp. 1. part. 2. disp. 15. 9. cap. 1. n. 22.

3. Ex peccatis post Baptismum commissa alia sunt mortalia, alia venialis certa: alia sub dubio, an sint venialia, vel alia non commissa. Peccata mortalia non solum sunt materia Poenitentiae, sed sunt necessariò materia, ita ut ex necessitate huc sacramento subici debant, & remittantur, sicuti definitum Trid. sess. 14. cap. 5. & can. 7.

4. Peccata vero venialis materia sunt sufficiens, quia, ut idem tradit Concil. circa ea tantum sacramentum Poenitentiae versari potest, rameci non necessariò clauibus Ecclesie subiectur, quippe alii vili remitti possunt.

5. Idem est dicendum de peccatis mortalibus rite confessis, quae quidem materialiter sufficiens: sed non necessaria, cui declaratur Benedict. X. I. in Extrinsec. 1. de privilegiis, & iudic. Sancti Thomas in 4. disp. 17. quæst. 3. artic. 3. quæst. 4. & disp. 18. quæst. 1. artic. 3. quæst. 2. ad 4. Suar. disp. 18. sed. 4. & Gid. de Confinch. disp. 4. dub. 3. Layman. lib. 5. summ. tract. 6. cap. 1. num. 5. Et quidem quod non sint materia necessaria, conflat ex eo, quod Christus non præcepit bis idem peccatum sacramentum Poenitentiae subictere. Quod vero sint materia sufficiens, inde probatur: quia de peccatis confessis, si sunt veniales, sint, si sunt mortalitas, non detulerit potes, & accusationem instituere: ergo potes de illis nouiter absoluiri. Neque obstat, te iam absolutum esse: quia: vt ex predicti dubio constat, nunquam peccatum ita remittitur, quin amplius remitti possit, saltem quarens est impedimentum gratiae abundantioris recipienda. Monent tamen Doctores, non passim de peccatis confessis confessionem repeti, ne contingat, absq; dolore fieri: sed rationabiliter aliqua causa intercedente arbitrio prudentis Confessori. Quid maximè verum habet in his, qui knupolis agitari solent.

6. Rursus peccatum, quod sub dubio est, an sit veniale, vel dubitas, san illud commiseris, nequit per se sumptum esse materia sacramenti, ob periculum irruptionis: si forte commissum non sit, & vel saltem malitiam venientiam non habeat. Neque obstat, ( ut dicimus ) peccatum mortale, quod dubitus commissum, vel quod sub dubio mortale est: ut obligatum esse faciat, quia obligari facere solum cum alia materia certa, si vis absolutionem tibi absolute ministrari: sicut minus sub conditione tantum tibi absolute impendi potest, ut dicitur Suar. disp. 18. sed. 1. num. 12. Layman. lib. 5. summ. tract. 6. cap. 3. n. 1. post assert. 3.

## P N C T V M VII.

De contritione, proxima Sacramenti Poenitentiae materia.

1. *Quid sit contritio, & quotplex: & que ad paenitentia Sacramentum requiratur.*

2. *Qualis attritio ad effectum Sacramenti requiratur;*

3. *Contritio requisita ad effectum Sacramenti, requiritur ad eius valorem ex probabilitori sententia.*
4. *Nec dolor presumptus, nec naturalis, neque inefficax ad Sacramenti valorem sufficit.*
5. *Nurquam datur hoc Sacramentum informe.*
6. *Proponitur obiectio, & solvitur.*
7. *Plures exigunt, attritionem debere esse contritionem existimatam, ut ad gratiam obtinendam disponat.*
8. *Contrarium est probabileius, sufficere attritionem cognitam.*
9. *Soluantur fundamenta opposita.*
10. *Dolor predictus absolutioni premit tendus esse.*
11. *Premittit etiam debet confessio.*
12. *Sufficit praefixa, nec retractatum esse.*
13. *Prerequitur dolor supernaturalis, etiam in confessione venialium. Et qualis sufficiat.*
14. *Proponitur obiectio, & solvitur.*
15. *Qualiter peccatum veniale virtute Sacramenti Poenitentiae remitti possit.*

1. **C**oncilium Trident. sess. 14. cap. 4. definiens contritionem, inquit, est dolor de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero: quia si charitate formetur, hominem Deo reconciliat prius, quam hoc sacramentum actu suscipiat. Intelligitur autem charitate formati, si ob offensam Dei, quem super omnia amare, & obedire cupis, concipiatur. Alio ( inquit Concilium ) est contritio imperfecta, id est, minus perfecta, quaque attritio nuncupatur, orta ex inferiori morio, scilicet, ex gehennæ, & penitentia metu, ex amissione gloriae, & turpitudine peccati. Quod ergo ob predictos fines concepta est, quia charitate non formatur, sine sacramento in re suscepito perducere per se ad iustificationem peccatorum nequit; disponit tamen ad gratiam in Sacramento Poenitentiae imperrandam, dispositione, inquam, vltima, & proxima: de enim loquebatur Concilium. Alias nihil speciale attritioni in Sacramento tribueret: siquidem extra sacramentum remore peccatorum ad iustificationem disponit, vt confit ex Trid. sess. 6. c. 6. & 7. difficultius: homines in lege gracie salutem obtinerent, quam in lege scripta, si ultra attritionem cum sacramento, contritione charitate firmata indigerent, nullumque speciale beneficium fidelibus efficeretur in Sacramenti poenitentiae institutione, sed potius grauenus in positum: siquidem ultra contritionem poenitentiae sacramentum sibi obligaretur, ipsimum sacramentum poenitentiae per se peccata non remitteret, sed semper virtute contritionis remissa inueniret. Sit ergo certum, attritionem esse ultimam dispositionem ad gratiam in sacramento Poenitentiae suscipiendam.

2. Sed qualis attritio debet esse ad effectum Sacramenti suscipiendum, docuit Trident. sess. 14. cap. 3. & 4. affirmans:

debere esse attritionem, quæ sit donum Spiritus sancti ex turpitudine peccati, vel ex meru gehennæ concepta, quæque excludat voluntatem peccandi, & peccatorum vltimam ad iustificationem in sacramento suscipiendam disponit. Non est opus hanc attritionem de omnibus peccatis significativi effectis enim de omnibus dolere potes sua generali ratione offendere Dei, vel priuationis gloriae apprehensio, vltimè probat Vasquer. quæst. 86. artic. 2. dub. 7. Navarr. cap. 1. num. 22. Henr. cap. 27. num. 2. Suar. disp. 4. sed. 6. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. c. 4. assert. 3. Neque item est opus ad predictum dolorem aliqua graduum intensior: quia essentia attritionis, vel contritionis, non ex intensione, sed ex ipsa qualitatibus natura desumitur: quæ in quolibet gradu etiam remissio constitere potest, ut bene aliis relatibus probant Suar. disp. 4. sed. 4. num. 9. Henr. lib. 4. c. 27. numer. 2. Coninch. dis. 1. dub. 7. conclus. 9. Layman. cap. 4. n. 1. Neque item mora temporis ad predictum dolorem est requirita, cum concepi possit unico, & eodem momento, vt colligitur ex cap. Menjuram de paenit. disp. 1.

3. An vero hæc eadem attritio, quæ necessaria est ad effectum sacramenti, sit necessaria ad eius valorem, non concidunt Doctores. Nam Sotus in 4. disp. 18. quæst. 3. artic. 3. Navarr. cap. 1. num. 18. & cap. 9. num. 10. & in cap. Fratres. de penit. disp. 5. num. 35. Bonac. dis. 1. de Sacram. quæst. 3. punct. 2. num. 12. existimat, ad valorem sacramenti non veram attritionem, sed existimatam requiri. Prædictis proximi sunt Henr. lib. 4. cap. 26. num. 2. li. D. & Bonac. suprà afferentes, dolorem naturalem sufficiens esse. Largius loquuntur Canus, Aureolus, Paludanus, & alij relati ab Henr. ditto libro 4. cap. 21.

Caterum tenuendum est cum communiore sententia apud

Gid. disp. 4. de Paenitent. dub. 5. num. 40. Suar. disp. 2. c. 6.

num. 6. Valp. quæst. 92. artic. 2. dub. unico, num. 13. eadem attritionem necessariam esse ad valorem sacramenti, quæ ad eius effectum.

Moueor: quia Tridentinum session. 14. cap. 3. declara-

tans contritionem, quæ pars sacramenti Poenitentiae affir-

mavit esse dolorem & detestationem de peccato commis-

so cum proposito non peccandi de cetero, quem dolorem in

perfectum sciifice, contritionem, & in imperfictum, scilicet

attritio

attritionem, diffinxit: & de perfecto definit per le sufficien-  
tem esse absque Sacramento in re; benē tamen in voto suscep-  
to peccatorum iustificare. At de dolore imperfecto, scilicet  
attritione, dixit, cum Sacramento disponere ad gratiam im-  
petrandam. Ergo nullus alius dolor assignatus est à Concilio,  
pars huius Sacramenti, nisi qui sufficiens sit, saltem cum  
Sacramento, gratiam impetrare. Secundò, quia cedendum  
non est, Christum Dominum Apostolis tradidisse potestatem  
remittendi fidelibus peccata, nisi ipsi remissione elem̄ dispo-  
sit. Ergo ea dispositio, qua ad remissionem peccatorum re-  
quiritur, requisita est pro vno potestatis Sacerdotibus conce-  
la, atque adeo pro valore Sacramenti. Tertiò, sola confessio,  
qua ad reconciliandum peccatorum Deo dirigitur, est pars  
Sacramenti Pénitentie. Sed hanc directionem accipit à do-  
lore. Ergo nequit dari dolor pars Sacramenti, nisi ad effectum  
Sacramenti sufficiat. Quartò, ex opposita sententia sequere-  
tur, fatentem ex malitia peccata abique vero dolore ad illo-  
rum remissionem requisito, non esse obligatum confessionem  
repetere: quia validē fuerunt prædicta peccata clauibus sub-  
iecta, tamen abique fructu.

4. Hinc conuincit sententia Sori, & aliorum, affirmantium  
contritionem seu dolorem præsumptum, sufficiensem esse ad  
Sacramenti valorem; quamvis non ad effectum. Non enim  
præsumptio doloris, qui non est, pars Sacramenti esse potest,  
alias error pars Sacramenti efficitur; error namque ad  
summum excusare potest ab obligatione apponendi verum  
dolorem. Atque ita sustinet Suar. *disput. 20. sct. 4. a numer. 5.*  
Secundò conuincit sententia Henr. & Bonac. alſenten-  
tium, dolorem naturalem esse sufficiensem valori Sacramenti,  
quamvis non eius effectu: quia predictus dolor non est spiritus  
Sancti donum, nec vera contritio, vel attritus à Concilio  
tanquam pars Sacramenti requisitus. Suar. *sct. 4. numer. 16.*  
*Egid. de Coninch. disp. 20. dub. 5. numer. 40. Vafq. quæst. 92. art.  
2. aub. 3.* Tertiò refellit sententia Cani, & aliorum, qui affir-  
mant, inefficacem dolorem sufficiere: siquidem predictus dol-  
or non excludit voluntatem peccandi à Concilio pro parte  
huius Sacramenti requisitam. Suar. *disp. 20. sct. 4. n. 7.* Henr. *lib. 4. cap. 21. n. 7.* Bonac. *disp. 5. quæst. 3. pun. 2. n. 13.* Vafq. & Co-  
ninch. *supr.*

5. Quartò, & principaliter conuincit communis senten-  
tia Thomistarum, affirmantium, Sacramentum Pénitentie  
dari posse informe, id est, validum abique effectu: quibus fa-  
cuit D. Thom. *in 4. diff. 17. q. 3. art. 4. 99.* I. liquidem ea contri-  
tio, qua pro reconciliatione à Concilio exigitur, pars ab eodē  
Concilio Sacramenti assignata est. Neque peccator videtur  
obligatus aliam dispositionem habere pro remissione pecca-  
torum in hoc Sacramento impetranda, quam que à Christo  
fuit requirita pro absolutione valida obtinenda. Atque ita  
pluribus relat docet Vafq. *quæst. 92. art. 2. dub. vn. n. 13.* Egid.  
de Coninch. *disp. 4. dub. 5. n. 40. & dub. 11. n. 71.*

6. Quid si dicas, stare opimè posse, per se necessarium esse  
eundem dolorem ad Sacramenti valorem, qui necessarius est  
ad illius effectum: ex accidenti tamen oportunitate contingere.  
Exemplum sit: Doles de peccato fornicationis ob innata-  
m turpidinem, immemor inuincibiliter, te violari pre-  
cepit audiendi Sacrum reum esse: si ex predicto dolore for-  
nicationem fatearis, peccati flagitiū oblitus, Sacramentum  
absolutionis recipis, quia est dolor de peccato ab illius turpi-  
dinem quem Concilium *sct. 14. cap. 3.* affirmavit Sacramenti  
partem esse, & ad gratiam obtinendam per se disponere: at  
effectum Sacramenti non recipissima hic recipi non poterat,  
nisi simil omnia peccata remitterentur; que tamen abique  
illorum detestacione formaliter, vel virtualiter remitti non possunt.  
Cum ergo ex vi predicti doloris solam speciem fornicationis  
detestaris, neque ad alias peccatorum species dolorem exten-  
das, vel poteris que diuersam turpidinem habent, sanè eo cau-  
nullum peccatum remitteris, cum Sacramentum conficiatur.  
Ergo datur Sacramentum informe. Idque admittit  
Suar. *disp. 20. sct. 5. num. 7.*

Repondeo, prædictum dolorem, insufficientem esse, non  
solum per accidens ex coniunctione peccati oblieti, sed etiam  
per se, tam ad remissionem peccati, tum ad Sacramenti valorem,  
quod simil cum illo dolore confitire possit actualis  
voluntas peccandi, quam necessariò excludit dolor, qui Sacra-  
mentum Pénitentie pars sit, ut dixi Concil. *sct. 14. c. 3.* Neque  
obstat, dixisse Concilium, dolorem ex turpidine peccati  
partem esse Sacramenti, & ad gratiam in Sacramento obti-  
nendam disponere: quia intelligi debet ex turpidine peccati  
nō [speciali], sed generali, & omnibus aliis peccatis mortalibus  
communi, qualis est offensa Dei, violatio diuine legis, dissolu-  
tia, & oppositio cum ratione: quia solus hic dolor, & tur-  
pidinis detestatio voluntatem peccandi excludit. Et ratio  
efficax est: quia recipere non potest verum Sacramentum  
Pénitentie sine voluntate absoluta, & efficaci recōciliatione  
cum Deo, cum ad hanc reconciliationem obtinendam fuerit  
institutum. At prædictam voluntatem habere non potes ab-  
que detestacione virtuali omnium peccatorum, vel poteris rec-

ciliacioni contraria. Ergo, &c. Vnde, si de peccato fornicatio-  
nis doleres ob speciale illius turpidinem, & simul cum  
hoc dolore haberes coniunctum expissum propositum de  
cetero non peccandi, credere te suscepimus non solum Sa-  
cramentum, sed eius effectum, quia in prædicto proposito est  
virtualis detestatio omnium peccatorum, id est sufficiens  
dispositio, vt Sacramentum non solum validum sit, sed effec-  
tum habeat. Neque obstat, ad hoc Sacramentum dolorem, &  
detestacionem peccati formalem esse requiritam, nec sufficere  
virtuale, quia ea detestatio non videtur, nec esset id exigenda  
de omnibus peccatis; sed de peccatis, quae quis conficeri te-  
netur, & memoria occurunt, quod in prædicti casu proce-  
dit.

7. Addunt plures Doctores, attritionem in sacramento ad  
gratiam obtinendam disponere, si existimat contritio, fe-  
citus verò si esse attritionem cognitum fuerit. Sic videntur senten-  
tiae Vega lib. 3. in Tridentin. cap. 34. ad 3. obiect. Ledelin. 2. part.  
4. quæst. 2. art. 1. Victor. relect. de poneſt Eccles. quæst. 2. Sotus  
libr. 2. de natur. & gratia. cap. 15. & 16. diff. 18. quæst. 3. art.  
2. in fine. Cordub. lib. 1. question. quæst. 2. opin. 3. in 2. part. Fa-  
vuet Nauarr. cap. 1. num. 30. & 42. Mouenur: quia tam in le-  
ge natura, quia veteri fuit contritio, seu dolor perfectus ad  
remissionem peccati necessarius: at hanc necessitatem, ut po-  
te iure naturali debitam, non sustulit lex gratia. Ergo attri-  
tio insufficiens est. Secundò, præcepit naturali, teneris sancta  
sancta tractare. Ergo teneris non recipere sacramentum in  
peccato mortali. At si attritione cognita accedit ad pénitentiam,  
accedit in peccato mortali. Ergo id illicitum est. Tertiò,  
accusatio exterior apud Sacerdotem debet esse de pecca-  
to, quatenus est offensa Dei: quia Sacerdos vices Dei gerit. Er-  
go procedere necessariò debet ex dolore peccati secundum  
prædictam rationem, & consequenter ex dolore, qui sit per-  
fecta contritio.

8. Nilominos contrarium dicendum existimo cum D.  
Thom. 3. part. quæst. 80. art. 4. ad 2. Suar. *disput. 20. sct. 1. num.  
20.* & num. 9. refert plures doctores ita sentire. Ratio est:  
quia ex opposita sententia inferunt, attritionem nunquam  
esse dispositionem ad gratiam in sacramento Pénitentie re-  
cipiendam. Nam existimatio contritionis, cum sit error intel-  
lectus, non potest praetare attritioni esse dispositionem suf-  
ficiensem ad obtinendam gratiam, si alia ipsa per se non est  
sufficiens dispositio: ad summum excusare potest ab iniqua  
sacramenti receptione, casu quo præcepimus est, ne cum attri-  
tione recipieretur, sicut existimata contritio exculpat pecca-  
torem à mala sacramentorum administratione. At nullum  
est præceptum neque humanan, nec diuinum suscipiendo sa-  
cramentum Pénitentie cum contritione perfecta: quia esse  
præcepit institutione sacramenti aduersum: siquidem hoc  
sacramentum ad remittendam peccata institutum est. Non igitur  
dispositio remittens peccata conuenienter præcepit  
præmitit: præterquam quod Ecclesia actus internos præcipe-  
re non potest.

9. Neque argumenta in contrarium videntur. Primum pro-  
bat legem gratia non sustulisse necessitatem contritionis ad  
iustificationem extra sacramentum impetrandam, non tam  
probat eam necessitatem sublatam non esse sacramento  
suscepit. Cum enim potuerit Deus sacramentum instituere,  
quod vin & efficaciam haberet remittendi peccata, hoc in-  
stitutione sacramento cessat necessitas contritionis, cum possit  
alia via quam contritione obinciri peccatorum remitto. Se-  
condo argumento negandum est, suscipiendo sacramentum  
cum attritione indebet sacramentum tractare, siquidem ea  
dispositione suscipit, que ad effectum illius impetrandum re-  
quiritur: ideoque cum sacramentum perficiatur, sanctus ex-  
sistit. Ad tertium nego accusationem necessariò faciendam esse  
de peccato quatenus est offensa Dei: si accusatio  
peccati ob metum gehennae, vel ob peccati turpidinem,  
esta mihi formaliter non sit: quia Deo displicerit.

10. Superest triple quæstio. Prima, an prædictus dolor  
valori, & effectui sacramenti necessarius præcedere debet  
confessionem, & absolutionem, vel postea subsequi. Quia in re  
certum est, absolutioni necessariò prædictum dolorem præ-  
mittendum est: crenim hæc forma absolutionis in modum  
iudicij reconciliationi proficer: nequis ergo reum Deo re-  
conciliare, si reconciliatione indispositus existit, neque a pecca-  
tatu absoluere, quem non cognoscis peccatorum peni-  
ttere.

11. Deinde necessarium existimo, vt prædictus dolor con-  
fessionem præcedat; alia confessio non est sui legitima ac-  
cusatio ad reconciliationem tendens; sed quædam peccato-  
rum narratio. Quod si facta confessione abique villo dolore ad  
detestationem peccatorum. Confessarij monitis exciteris, vt  
sepe contingit; necessariò tota illa confessio denuo clausa  
Ecclesia subienda est: quod unico verbo prætate potes,  
si te accusas de omnibus confessis, ab ijsque petas abfolui.  
Atque ita docet Egid. de Coninch. *disp. 4. dub. 6.* Paulus.  
Layman. libr. 5. summ. tradit. 6. cap. 4. afferri. 5. Neque dispen-  
santur.

barz. disputat. 20. section. 4. numer. 31. ut bene notauit Layman. suprad.

12. Tametsi consultum sit, cum peccata fateris, & absolutionem obtines, dolorem expressum habere de peccatis commissis non est tamen necessarium, i sufficit antea, eo scilicet die praemissae ex intentione ea peccata fateri; confessio enim postmodum subsequuta ab eo dolore virtualiter perseverante informari censetur, sicuti bene docente Suar. disput. 20. sett. 4. à num. 29. Bonac. plures referens disp. 5. qu. 3. part. 2. n. 17.

13. Secunda quaestio, an praedictus dolor supernaturalis praequiratur in confessione venialium? Certum esse debet praequiri ad valorem, & effectum sacramenti, quia (ut ex Trident. sett. 14. cap. 3. confit.) contrito ex Spiritu Sancti dono est pars effectus Sacramenti Penitentiae. Videtur autem sufficiens dolor ex turpitudine speciali peccati, cum profito etiam speciali vitandi illud; quia, cum unum peccatum veniale sine alio remitti posse, non videtur ad peccati confessi remissionem necessarii requisitus dolor ad omnia venialia se extendens, sicuti diximus de mortalibus: & notauit Suar. disp. 12. sett. 1. n. 12.

14. Quod si obliicias, inde probari, te non peccatarum, tametsi plura venialia fatearis absq; dolore, cum ramen aliorum dolas: siquidem horum remissionem obtainere poteris non obtemta remissio illorum, de quibus nullum dolorem habes. Neganda est sequela: nam eo ipso, quo vis peccatum aliquod veniale fateri, obligatus videtur dolorem illius habere, ne forme abolitionis ineptam materiam subiicias. Secundò respondeo eum Suar. disp. 20. sett. 6. n. 7. admittendo fequelam: neque ullum sequitur inconveniens: nam venialium abolitione videatur ex intentione Sacerdotis forma abolitionis dirigiri ad peccata, que rite fuerint confessa, quorūque peccatoris abolitioni recipienda.

15. Tertia quaestio, an peccatum veniale virtute sacramenti penitentiae remittit possit? Ratio dubitanti est quia, ut ait Suar. cum communis sententia disp. 11. sett. 3. n. 11. & diximus punit. 2. huius disp. non solum contritione, sed etiam atritione extra sacramentum remittuntur. Ergo sacramento Penitentiae remitti non possunt, cum virtute atritionis, que Sacramento prærequisitur remittantur. Respondeo, sicuti eo p. 2. respondi, peccatorum venialium remissionem virtute sacramenti Penitentiae fieri per se, si solum cum mortalium remissione fiat, sicut si separata facienda sit, illudque sufficit, ut Penitentia sacramentum, non solum pro remittendis mortalibus, sed etiam venialibus institutum sit.

Secundò responderet Suar. disp. 11. sett. 1. à numer. 7. cum D. Thom. Paludan. Capreolo. Ledesma, & aliis, virtute sacramenti tibi remitti non solum ea peccata, quorum attritionem habes, sed etiam omnia illa, quorum non habes complacentiam: quia sacramentum Penitentiae non solum pro remittendis peccatis venialibus peccatoris, sed dominis iusti videatur institutum venialia peccata hominis iusti remitti non possunt virtute sacramenti Penitentiae, si ad illorum remissionem diligenter requiriatur: hoc enim absque sacramento sufficiens est, ut late probat Suar. disp. 11. sett. 3. n. 11. & facuet texus in cap. De quotidiani dispensatione.

Ceterum negare non possum, hanc doctrinam, eti piam habui difficultem esse. Primo, quia inde sequitur, aliquod peccatum remitti absque penitentiae virtute. Nec valet dicere, ipsa voluntatem sufficiendi sacramentum esse penitentiam virtualem, sicuti diximus de voluntate sufficiendi Eucharistianam, virtute cuius Eucharistia peccata venialia, quorum non est complacentia, remittit: quia ea voluntas supponit sacramentum Penitentiae institutum esse per se, ad remittenda peccata venialia; tametsi illorum nulla sit confessio, quod nullatenus dici posset, quia institutum est per modum iudicij, cuius sententia per se, & directe fieri non potest in causam incognitam, & cuius nulla sit penitentia est instituta accusatio. Secundo, si Penitentia sacramentum posset remittere per se, & directe peccata, tametsi illorum atritionem non habetas, dummodo ab illorum complacentia abstineas, illis tantum confessis posset sacramentum Penitentiae recipere: quia sufficiens absolucioni disponitus es. Hoc autem est contra Trident. definientis, partem essentialiem sacramenti Penitentiae esse contritionem, saltem imperfectam. Ergo, &c.

## P Y N T U M VIII.

## De confessione, proxima Sacramenti materia.

1. Quae sit confessio, quae est pars Sacramenti, & quae illius conditiones.
2. Secreta, & non publica confessio, eti præceptio diuinæ confirmitas sit; non tamen est ex præcepto.
3. Aliquando posset, & decet publicè confiteri, sed raro.

4. Præceptum de confessione publica neque est, neque esse potest.
5. Fieri debere voce humana aliqui confessio.
6. Non est de necessitate Sacramenti.
7. Opposito fundamento satagit.
8. Qualiter ex præcepto voce humana confessio facienda est.
9. Confessio facienda est coram Sacerdote, eti plures contrarium sentiant.
10. Nuribus in articulo mortis obligari confiteri, si voce præstare confessionem nequit. Et quid extra periculum mortis.
11. Confiteri per litteras non obligari.
12. Neque citam per interpretarem.
13. Qualiter in articulo mortis obligari per scripturam, vel interpretarem fateri.

1. **C**onstat ex D. Thom. communiter recepto in 4. disp. 17. quaest. 3. art. 2. & 4. qu. 4. confessionem, que pars sacramenti Penitentiae sit, esse legitimam, & sacramentalem accusationem de propriis peccatis, ad corum veniam virtute elatiu[m] obtinendam, coram Sacerdote factam. Triplex conditio essentialis confessioni in hac definitione continetur, nempe, legitima, seu dolorosa accusatio de propriis peccatis, & coram Sacerdote. Sub his conditionibus plures aliae imbinuntur, quas Doctores sequentibus verbis explicant, præcipue D. Antoniu[m] in 3. part. titul. 14. cap. 19. §. 3. & seqq.

*Sicut simplex, humili confessio, pura, fideli;*  
*Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda;*  
*Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata;*  
*Fortis, & accusans, quae sit parere parata.*

Simplex erit confessio, si ex debita intentione procedat; vel ita aperte facta, vt nihil ex obligatione manifestandum celetur. Humilis, si procedat ex humili sui recognitione propriaque peccati dolore. Purus, si aliorum inutilium narratione mixta non fuerit. Discreta, si cum debita discretione, & prudencia peccata referat propria; aliena, quoad fieri possit occultat. Fidelis, si vera dicat. Nuda, si abique simulatione, & palliatione. Frequens si sapienter. Libens, si voluntarie, & non coacte. Verecunda, si interiorē confessione, & verecundiam, quam de peccato conceperit, exterius manifestet. Integra, si nihil ex necessariō dicendi omitatur. Secreta si secretō, & non publicē fiat. Lacrymabilis, si plena lacrymis, & dolore sit. Accelerata, si post peccatum commissum non multum differatur. Fortis, si difficultates, & impedimenta, quae solent occurtere, vincat. Accusans, si fiat ex animo se accilandū. Parere parata, si propotius habeat suscipiendo satisfactionem, & emendationem praetulandi. Plures ex his conditionibus, ut notauit D. Th. in 4. disp. 17. g. 1. art. 4. que fiane. 4. non sunt necessaria; sed ad convenientem confessionis usum, illiusque maiorem reuerentiam assignantur; nempe, quod sit frequens, & accelerata. Aliæ conditions inter se coincidunt. Sub his enim verbis, humili, verecunda, lacrymabilis, fortis, accusans, parere parata, eadem conditio significatur, nempe, ut confessio ex vero dolore procedat, de quo superius diximus. Sub illis, simplex, pura, discreta, fidelis, nuda, integra, eadem conditio continetur, quae est de integritate seruanda, de qua in puncto sequenti. Quare in presenti solum explicanda superest conditio secreti.

2. De qua certum est apud Catholicos, licetiam, & honestam esse, ut definit Trident. sett. 14. cap. 5. & Innocent. III. in c. Omnis virius que sexus de patitur, remissionib. & pluribus comprobant Suar. disp. 22. sett. 2. num. 2. Nullum tamen est præceptum de confessione sub hac conditione facienda nam dico Concilium dixerit, confessionem sacramentalem secretam non esse a præcepto diuinu[m] alienam, non inde inferitur, præcepto diuinu[m] præcipiſſim solum infertur, obseruationi præcepti diuinu[m] confessionis conueniens esse. Et licet in cap. Omnis viriusque sexus, præceptum fuerit cuilibet fidelis, etiam ad annos discretionis peruererit, ut omnia sua peccata solum confiteatur proprio Sacerdoti; non est inde infundendum, prædicto præcepto non fore satisfactum, si coram aliis proprio Sacerdoti confiteatur. Verbum enim illud, *solum*, non est appositum sub materia præcepti, sed in leuemen illius præstat enim hunc sensum: Omnis fidelis, cum ad annos discretionis peruererit, omnia sua peccata, ad minus solum, proprio Sacerdoti confiteatur, &c.

3. Ex quo sit, te posse aliquando in maiorem tuorum sclerorum vindictam, grauiorem tui humiliacionem, Ecclesiæ edificationem, aliorumque exemplum, peccata commissa proprio Sacerdoti coram aliis faceri, sicuti tradit Nauarr. c. 2. n. 8. Suar. disp. 21. sett. 1. num. 9. Valq. q. 91. art. 4. dub. 1. Corinth. disp. 6. de penit. dub. 2. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. c. 6. & docuit Trident. sett. 14. c. 5. circa fin. Raro tamen praedictus modus confessionis consulendum est, excepto necessitatis causa, & colligitur ex Bonac. disp. 5. quaest. 5. sett. 2. punct. 2. §. 2. numer. 23.

4. Quintus